



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xi. De causa dispositiua, & forma ferendi sententiam interdicti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

21. *Septimo*, Prælati inferiores Episcopis habentes Iurisdictionem spirituales ordinariam fori exterioris interdicere possunt sibi subditos, cap. cum inter, de consuetud. & c. cum ab Ecclesiis, de offic. ordin. & ibi glos. in verb. *Ecclesiastica sententia*, ubi notat quinam sint illi prælati, dicentes esse Abbates, & Prælatos Ecclesiarum Collegiatarum, qui licet subsint Episcopis, sunt tamen Iudices Ordinarii in plebe sua. Idem docent Palud. 4. distinct. 18. q. 8. in art. 4. princip. §. Quantum ad quintum, & §. Quantum ad sextum. S. Anton. 3. part. titulo 27. de interd. cap. 2. in fine. Syluest. verbo, interdictum, 3. q. 3. Tabiena, verbo interdictum, 2. §. Secundo. Sotus, 4. dist. 22. quest. 3. art. 1. Conclus. 2. Alphonsus Viuald. num. 130. Henriquez lib. 13. de excommunicat. & interd. cap. 51. §. 1. ubi ait tales in suo territorio interdiceri posse, siue ex iure, siue ex consuetudine, siue ex privilegio hanc Iurisdictionem habeant: immo, etiam & Abbates seculares qui habent Iurisdictionem quasi Episcopalem. Et Innoc. in d. cap. cum inter, de consuetud. idem posse Decanos affirmat, quod probat ex cap. Dilectis, de appellat. An autem isti interdiceri possint Clerum, & Ecclesiam sine consensu Capituli, dicendum est, vt supra de Episcopis diximus.

22. *Eodem modo* Generalis Religionis interdiceri potest subditos sibi, qui tamen, vt notat Henriquez ubi supra, in consuetudine non habet, vt Oppidum aut Castrum interdicat, nec si effectus consuetudinis in oppositum, est admittendus, nisi illud habeat spirituales Iurisdictionem, ex Soto, & Henriquez ubi supra. Sic etiam Priores, & Guardiani, & superiores Monasteriorum subditos suos interdiceri possunt ab audiendis diuinis aut Confessionibus ex Henriquez lib. 13. cap. 24. §. 3. & capit. 51. §. 1. locum tamen, aut personam simpliciter interdiceri nequeunt, & fauet Palud. cit.

23. *Quinto* Capitulum de iure communi non potest interdiceri, quia nullam habet Iurisdictionem ordinariam. Excipitur tamen

Primo casus vacationis Sedis Episcopalis quo casu tota Iurisdictione deuoluitur ad ipsum Capitulum, paucis exceptis ex Henriquez lib. 13. de excom. cap. 24. §. 1. in fine, & facit ad hoc, cap. His que, & ibi glos. fina. & cap. cum olim, & ibi glos. in verbo, *Capitulum*, ubi docet in quibus non deuoluitur Iurisdictione ad Capitulum, de maior. & obed. & cap. ad abolendam, in princip. & ibi glos. in verbo, *Sede vacante*, de heret. & c. penul. & vlt. de supplen. neglig. prælati, lib. 6. & cap. cum nullus, & ibi glos. in verbo, *Capitulum*, de temp. ordin. lib. 6. & d. 6. §. cap. vlt. & d. 23. c. In nomine Domini, & 7. q. 1. cap. Pontifices, vt refert glo. in d. cap. His que. Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 4. princip. §. Quantum ad quintum. Hostien. in d. cap. ad abolendam S. Anton. 4. part. tit. 17. de interdicto, cap. 2. in fine. Tabiena, verbo, *Interdictum*, 2. §. secundo. Alphonsus Viuald. num. 131. & num. 135 Henriquez lib. 13. cap. 24. §. 1. & cap. 51. §. 2. Nunc autem mortuo Episcopo vicarius a Capitulo eligendus est, qui Iurisdictionem exerceat, ex Concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 16. Excipitur *secundo* casus specialis privilegij Sedis Apostolicæ, scilicet ex privilegio concessa sit Capitulo talis Iurisdictione. Excipitur *tertio* casus Consuetudinis præscriptæ, scilicet Capitulum vllam Iurisdictionem præscriptam ex consuetudine in oppida sibi subiecta, vt capitulum Ecclesiæ Salamanticensis in oppida Valdoperæ, de la Valdobra, vt Henriquez in d. c. 51. §. 2. testatur. Idem docet Summa Aboensis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. in fine.

24. *Quarto*, Communitas etiam quadam habet Iurisdictionem interdicens, vt Concilium Generale, Provinciale, & Episcopale, vt Henriquez cit. & communis DD. sententia testatur.

25. *Decimo*, Dubium est de Canonicis, an ipsi interdiceri possint, & intelligitur maxime de Canonicis Ecclesiæ Cathedralis. In qua re hæc communiter ab auctoribus traduntur.

Primo Certum est, neque singulares Canonicos seorsim, neque plures Canonicos simul posse interdiceri Ecclesiæ Episcopo subiectas, sine consensu ipsius Episcopi, & aliorum Canonicorum, vt habetur in c. Quæritur, de ijs que

sunt a maio. par. cap. Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 4. principali, §. Quantum ad Sextum. Angelica, verb. interdictum, 3. num. 2. Tabiena, verbo, *Interdictum*, 2. §. Secundo. Alphonsus Viuald. num. 132. & si de facto interdicerent, neque teneatur Episcopus interdictum illud seruare, neque permittere debet ab alijs seruari, vt Cælestinus III. in d. ca. Quæritur, expresse determinauit, & statuit.

Secundo, si Canonicus aliquis Episcopale ius habeat in aliqua Ecclesia, illam interdiceri potest, ex glos. in d. cap. Quæritur in verbo, *Ecclesiam*.

Tertio si Canonicus præbendam aliquam habet, cui Ecclesia est annexa, vt in cap. extirpanda, §. si verò, de præbend. in qua de consuetudine Iurisdictionem fori exterioris spirituales exercet, iuxta cap. super eo, de præbend. libro 6. illum interdiceri potest, ex Calderino tract. de Eccle. interd. memb. 3. nu. 55. & Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 4. princip. §. Quantum ad Sextum. Tabiena, verbo, *interdictum*, 2. num. 3. §. Secundo in fine, & Alphonsus Viuald. cit. numero 133.

Quarto, si Canonicus de consuetudine præscripta exercet Iurisdictionem spirituales fori exterioris in terram seu territorium ipsius præbende ipsius territorium, & terram interdiceri potest, sic Calderin. & Tabiena, cit. contra Paludanum in d. §. Quantum ad Sextum.

Quinto, si Canonicus ex præscripta consuetudine exercet Iurisdictionem super aliquos homines, seu personas, super quas habet aliquam prælationem, verbi gratia, quia sunt, vel habitant in eius præbenda, tunc omnes, & singulos illos homines interdiceri potest, vt notat Calderin. & Palud. ubi supra, & consentit Innoc. in c. Quæritur, de ijs que sunt a maio. parte cap. Addit etiam Pal. in d. §. Quantum, ad sextum, non posse consuetudine induci, vt pro communibus factis Ecclesiæ Collegiatae, vel Canonicorum, vel Ecclesiæ simul, & Canonicorum, quilibet Canonicus interdicit, aut excommunicat homines Ecclesiæ, quia cum de factis communibus agatur, communi sententia opus est, & idem expresse docent Calder. cit. & Innoc. in d. c. Quæritur, non enim quilibet de Capitulo est dominus hominum Ecclesiæ, sed Vniuersitas, Pari ratione puto nõ solum seorsim singulos, sed neq; aliquos, tres, aut quatuor & c. simul posse interdiceri, sed necessario requiritur maior pars suffragiorum ad interdicens.

26. *Vndecimo*, Femina interdiceri non potest, etiam si Abbatissa, vel Priorissa sit, & etiam si Ecclesiæ Monasterio subiectas habeat quia non est capax Iurisdictionis spiritualis tum ratione sexus, tum quia non est capax Ordinis Clericalis spiritualis autem Iurisdictione saltem de facto, & de iure communi Ordinem Clericalem supponit, sic S. Anton. 3. part. tit. 27. de Interd. cap. 2. in fine. Tabiena, verbo, *Interdictum*, 2. nu. 3. §. secundo. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 51. §. 1. Vgolin. Tab. 1. cap. 2. §. 7. Felin. Panor. & Innoc. in c. dilecta, de maior. & obed. & idem Panor. & DD. in cap. Noua, de penit. & remiss. & Syluest. in verbo, *Interdictum*, 3. q. 3. & Alphonsus Viualdus tit. de Interdicto, nu. 134.

De causa dispositiua, & Forma ferendi sententiam interdicti. Cap. XI.

S Y M M A R I V M

- 1 *Interdictum*, non nisi ob causam, & culpam grauem ferri debet.
- 2 *Interdictum* extensiuè pena grauior est, quam excommunicatio, quauis intensiuè lenior sit.
- 3 *Culpa*, & causa grauis ad ferendum interdictum qualis esse debeat.
- 4 *Censuræ Ecclesiasticæ* neruus sunt discipline Ecclesiasticæ.

- 5 Interdicti in particulari ob alterius culpam nemo potest.
- 6 Interdictum, ut valde in Collegium, aut Vniuersitatem feratur, ut singuli culpabiles sint, non est necessum.
- 7 Interdictum generale loci, vel personarum, ob vnius delictum, non nisi ex speciali Papae licentia, & tunc quo ordine, & modo ferendum.
- 8 Delictum Principis populi, seu Rectoris Ciuitatis habentis Iurisdictionem temporalem causa sufficiens est, ut Ciuitas, seu locus interdicitur.
- 9 Delictum Episcopi causa sufficiens esse potest, ut Ecclesia Cathedralis, & tota etiam Diocesis interdicitur.
- 10 Delictum principalium membrorum Ciuitatis, seu Vniuersitatis, causa sufficiens esse potest interdicens Ciuitatem.
- 11 Delictum magna partis Ciuitatis, causa sufficiens est ad Ciuitatem, vel populum interdicens.
- 12 Delictum personae priuatae, an, & quando sufficiens sit causa, interdicens Ciuitatem, vel populum.
- 13 Innocentes quare sacri Canonice interdicti posse, statuerint.
- 14 Causa ferendi interdictum duplex esse potest, delictum scilicet, & contumacia.
- 15 Delictum, & contumacia quidnam sit.
- 16 Contumacia peccatum duplex esse potest, & quid utrumque sit.
- 17 Interdictum pro contumacia Domini, aut Episcopi loci, aut pro debito pecuniario, contra Ciuitatem, Prouinciã aut Territorium, sine speciali Sedis Apostolicae licentia, ferri non potest.
- 18 Legatus Papae pro debito pecuniario interdictum ferre nequit in locum, aut Ciuitatem aliquam suae Legationis.
- 19 Interdictum speciale loci pro debito pecuniario ferri potest.
- 20 Interdictum contra parochiam pro debito pecuniario ferri nequit, & quae huius ratio sit.
- 21 Interdictum generale personale pro pecuniario debito ferri valde potest.
- 22 Interdictum loci longo tempore decerni non debet, & quamobrem.
- 23 Forma, ac modo ferendi interdictum qualisnam sit.
- 24 Monitio, ut interdictum ab homine feratur, necessaria est, non autem si feratur a iure, & quare.
- 25 Interdictum non nisi in scriptis ferri debet.
- 26 Interdictum, non nisi expressa eius causa, ferendum.
- 27 Exemplar scripturae, & causae ob quam interdictum fertur, parti petenti a Iudice tradi debet.
- 28 Effectus interdicti a iudice pro suo orbitio limitari potest.
- 29 Interdictum, ut obliget, parti intimandum, & publicandum est.
- 30 Publicatio interdicti contra Ciuitatem, Populum, aut Vniuersitatem laici, qualiter fieri debeat, ut obliget.
- 31 Interdictum generale ab Episcopo latum, etiam ad exemptos extenditur, non tam ex sententia ipsius hominis, quam ex iuris communis dispositione.
- 32 Promulgatio sententiae interdicti, ad eius obligationem omnino est necessaria.

P Aludanus 4. distin. 18. q. 8. in art. 4. principali. 6. Quantum ad 4. de causa ferendi Interdicti agens existimat omnino difficile esse perstringere quam ob causam Interdictum poni possit, cum hoc sit de officio Iudicum, quorum officium latissimum est. Et certe res haec dif-

ficiior redditur ex eo, quod cum ex communi DD. sententia interdictum contra innocentes ferri possit, alicui violari possit, interdictum non egerit causa. Ceterum ut recte docet Sotus. 4. d. 22. q. 3. art. 1. Conclus. 3. & veritas ipsa probat, ad interdictum requiritur non solum causa, sed etiam grauis, & digna, cum sit grauis poena. Id quod ex trinitate ratione poenae colligitur, Quia omnis poena, quatenus poena est, punitio, & vindicta est culpae; unde contumacis est, ut tam grauis poena non nisi ob grauem causam feratur. Cum enim locus, & populus interdicti possit, adeo, ut in tali interdicto etiam innocentes comprehendantur, ex Nauar. in Manual. cap. 37. num. 168. Couar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 1. num. 4. de sent. excomm. lib. 6. & lib. 2. var. resol. c. 8. num. 10. Soto. 4. d. 22. q. 3. art. 1. Conclus. 1. & ad 1. & 2. Toledo lib. 1. Instruēt. Sacerd. cap. 29. & Henriquez lib. 1. de excomm. & interd. cap. 50. §. 1. poena hanc interdicti extentiue grauior est, quam excommunicatio, quamuis intentiue leuius sit arceri a sacris audiendis per interdictum, aut suspensionem, quam excommunicari, iuxta ea quae tradunt S. Thom. in addit. 3. par. q. 22. artic. 5. ad 2. & Henriquez loco proxime citato, §. 2. in annot. litera l. ideoque ex genere suo requirit peccatum grauius quam sit peccatum inobedientiae ob quod ferri solet excommunicatio, ut Sotus, & Henriquez vbi supra testantur. Graue autem in hac materia vocatur, non solum illud quod est peccatum mortale, sed etiam illud, quod pluribus nocet, quamuis non grauius singulis noceat Ratio autem cur graue debeat esse delictum, colligitur tum ex cap. Quasi, de ijs quae fiunt a maior. par. Cap. tuum ex cap. cum medicinalis, de sent. excomm. lib. 6. tum ex Concil. Tridentino sess. 25. de reform. cap. 3. tum ex SS. Patribus, ne censurae Ecclesiasticae, quae debent esse nervus Ecclesiasticae disciplinae, & gladius Ecclesiasticae potestatis, & iustitiae, viscant, si ex leuibus causis ferantur, & hoc maxime locum habet, quando interdictum in multos fertur.

Quia vero nonnunquam aliqua persona in particulari interdictur, aliquando vero multi, ideo de vtriusque dicendum est. Et quidem cum quis singulariter seu specialiter interdictur, tunc necessario culpa praecedere debet in eo, qui interdictur, alterius enim culpa quis in particulari puniri non debet, argum. l. Sancimus, C. de penis & notatio eod. Cod. Ne filius pro patre, vnde si is qui interdictus uere coram Deo innocens sententia interdicti contra eum prolata uere non ligatur, ut ex ijs quae tradunt Richardus d. 18. articuli. 3. quest. 3. ad 1. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 50. §. 2. & Vgolin. Tab. 5. cap. 19. §. 1. colligitur. Quando autem simul interdicuntur multi generaliter, ut cum interdicuntur Populus, Collegium, Vniuersitas, &c. siue specialiter, ut quando interdictur familia, tunc quidem non necessario requiritur culpa in singulis qui interdicuntur, immo rarissimum est singulos esse culpabiles, sed propter culpam aliquorum plures innocentes simul cum illis interdicuntur.

Observandum autem est, non satis esse culpam omnique ad ponendum interdictum generale loci, vel personae, seu quolibet interdictum multorum, non enim ob vnius priuati delictum Ciuitas tota, aut totus populus interdicti debet, ut notat Ioan. Monach. in cap. 1. de vni. lib. 6. & post eum idem docent Henricus in c. in quibusdam de penis. Chosmas in pragmat. Sanct. titul. de Interdicto, uerbo, priuata, & Summa Confessor. lib. 3. titul. 33. quest. 231. in fine. Sebast. Medices par. 2. Summa. tit. 9. quest. 8. nisi id speciali licentia Papae fiat, quae magna cum difficultate concedi solet, & in hunc modum; ut primo interdictum decernatur in Ecclesiam parochialem, aduersarij, & simul in alteram Ecclesiam parochialem, vel collegiatam; Deinde crescente malitia, & contumacia in diuisas Ecclesias collegiatas, vel duo monasteria; Tertio demum non respiciente contumacia, tota Diocesis supponitur interdicto; & adhuc illius corde indurato, Cathedralis Ecclesia interdicatur, ex Ioan. Siaphilaeo, de licentia gratiae, & iustitia Florent. 156. colum. 2. quem refert, & sequitur Couar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 1. nu. 4. vnde sed ob vnius priuati, de sentent. excomm. lib. 6. qua de-

dores docent Cathedralem Ecclesiam non censi interdictam, etiam si in totius Diocesis, & in omnes ciuitatis Ecclesias interdictum latum sit, prout latius cap. 3. dub. 6. num. 10. expofuimus, arg. c. Quamuis, §. Quamquam, de preb. lib. 6. vbi habetur Ecclesiam Cathedralem appellatione Ecclesiasticam Ciuitatis, aut Diocesis, in literis ad beneficium Ecclesiasticum non contineri. Id quod locum etiam habere putant Compoftellanus in c. capitulum de Rescrip. Oldrad. consil. 187. Staphil. cit. fol. 61. Felin. in capit. In nostra Coroll. 39. de Rescrip. & in cap. postulat, num. 4. tit. eod. & Ioan. de Selua, de benefic. par. 3. q. 11. qualitate 21. in qualibet odiosa dispositione, qualis est materia Interdicti, de qua nunc agitur.

Ad hoc agitur vt pro alterius culpa, & delicto Vniuersitatis, seu locus interdicatur, necessario requiritur culpa aliquorum ex his.

Primo Delictum Principis, Populi, vel Rectoris Ciuitatis, habentis iurisdictionem temporalem, cap. Non est vobis, de sponsal. & cap. Sanc. 2. & ibi Felin. de offic. deleg. & cap. vbi periculum, §. pratererea, de elect. lib. 6. & cap. si sententia de sent. excomm. lib. 6. & Extrauag. Super gentes, de conductu. S. Thom. in addit. 3. par. quest. 22. art. 5. ad secundum. Angelica, in verbo, Interdictum, 3. num. 3. Tabiena, verbo, Interdictum, 3. num. 1. Syluest. verbo, Interdictum, 3. quest. 5. versic. Primum. Sotus 4. dist. 22. qu. 3. artic. 1. Conclus. 3. Couar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 1. num. 4. de sent. excomm. lib. 6. Henriquez libr. 13. de excomm. & interd. cap. 50. §. 3. Vgol. Tabul. 5. capit. 20. §. 1. nu. 1. & Tolet. libro 1. capitul. 19. Id quod rationaliter fit, eo quod pena eorum, qui subiecti sunt, ad ipsorum Dominos, & Rectores redundat; Vnde & Domini gratius puniuntur, ex eo quod non solum in seipsis, sed etiam in subditis suis puniuntur, vt docet Gratian. in cap. Ecclesia, item peccato ciuium, 1. quest. 4. & glof. in Extrauag. Diuersi crescente malitia, in verbo, Quomodo libet, de penit. Sotus 4. d. 22. quest. 3. art. 1. in solut. arg. primi. Vgol. cit. & colligunt ex d. c. si sententia, vers. Dummodo & ipsi, de sent. excomm. lib. 6. Praterquam quod talibus Rector, aut Dominus subiectorum clamore a conuincia sua recedit, ex Feliciano in Enchirid. de Censur. ca. 9. de interdicto.

Secundo, Delictum Episcopi potest esse sufficiens ad supponendum Interdicto, Ecclesiam Cathedralem, & alias Ecclesias ei subiectas, necnon ad interdicendum Capitulum, & Clerum; Immo si causa sit grauis, etiam ad interdicendum Populum & Ciuitatem, & totam Diocesim. Quod patet a simili: Si enim sufficit delictum Rectoris secularis, etiam & delictum Praelati Ecclesiastici satis erit. Id quod procedit, etiam si Episcopus eo in loco iurisdictione tantum spiritualem & Ecclesiasticam habeat, ex Archid. in cap. si sententia, de sent. excomm. lib. 6. Dominie. ibi, & Gemini. ibidem, §. ceterum, num. 8. vbi alios idem sententios referit. Item Felin. in cap. Sanc. 2. nu. 2. & Decius. Notab. de offic. deleg. Couar. in ca. Alma mater, part. 2. §. 1. num. 4. de sent. excomm. lib. 6. Vgol. Tab. 5. capit. 20. §. 1. num. 2. qui tres vltimi hanc communioem opinionem DD. esse testantur; Quamuis Cardin. in d. cap. Sanc. 2. & Panorm. num. 7. & Vincent. quem citat, & Henriquez libr. 13. de excomm. & interd. capitul. 50. §. 3. vident, textum illum procedere, quous Episcopus iurisdictionem simul temporalem illius loci habeat, sed prior opinio magis communis est.

Tercio, Delictum principalium membrorum aliquorum Ciuitatis, vel Vniuersitatis, vt delictum Consulum, Conferuatorum, Baluatorum, Consiliatorum, Vniuersitatis, & quocumque nomine vocentur eorum qui Communitatem gubernant, causa sufficiens esse potest, vt Ciuitas interdicatur. Id quod inde probatur, quia ferri potest pro delicto Rectoris, ergo, & pro delicto itorum.

Quarto, Delictum magnae partis multitudinis popularis est etiam sufficiens causa ad interdicendum Populum, Ciuitatem, vel Vniuersitatem, quia magna pars popularis multitudinis, paucis Consiliarijs, seu Magistratibus aequiualet.

Quinto, Delictum cuiuscumque personae priuatae ad-

quando potest esse sufficiens causa ad interdicendum Populum, vel Vniuersitatem, vel locum, scilicet in hoc casu tantum, quando eius delictum redundat in delictum Principis, Rectoris, aut membrorum Ciuitatis, aut magnae partis multitudinis, vt ex dictis constat, & habetur in Constitutione Concilij Basileensis Sessione 20. Anno Domini Millesimo quadringentesimo trigesimo quinto; Quod quidem Concilium, quoad illa omnia quae circa censuras Ecclesiasticas, materiam fidei, & causas beneficiales habet approbatum, & confirmatum fuit per Nicolaum V. In quo Concilio statutum est, quod nulla Ciuitas, Oppidum, Castrum, Villa, propter culpam, aut causam cuiuscumque personae priuatae, auctoritate quacumque ordinaria, vel delegata interdici possit, nisi his tribus concurrentibus.

Primum est, quod talis persona prius excommunicetur, aut denunciatur excommunicata in Ecclesia.

Secundum est, quod auctoritate Iudicis Ecclesiastici, Domini, seu Rectores vel officiales locorum requisiti sint, vt huiusmodi personam excommunicatam ex loco, vel Ciuitate eiciant.

Tertium est, quod post huiusmodi requisitionem infra biduum si vere, & cum effectu eiciant, aut ad satisfactionem compellant; hoc casu, quia iam delictum priuatae personae redundat in delictum Principis, vel Officialium Ciuitatis, non eicientium talem personam, ferri potest Interdictum generale loci, seu Ciuitatis. Idem ad verbum habetur, in Constitutione 16. Leonis X. in Bullario, quae Constitutio incipit, In eminenti. Anno Domini 1516. 15. Cal. Septembris, post medium Bullae. Ex quibus constat, quanta cum maturitate concilij Ecclesiasticum Interdictum ferendum sit.

13 Ex his, quae diximus duo inferuntur, Vnum est, quae de causa Sacris Canonibus statutum sit, vt etiam innocentes interdicto affici possint, quae duplex esse potest, eaque valde rationalis, & honesta;

Prima est, vt omnibus inferioribus, & subditis clamantibus, & conuerentibus, & instantibus apud Dominum, seu Rectorem, tandem Dominus loci respiciat.

Secunda est, vt cum propter suum delictum Dominus, & Capita Ciuitatum, & locorum se puniri etiam in suis subditis videant, eorum saltem causa, & afflictione commoueantur.

14 Alterum est, causam ferendi interdictum duplicem in vniuersum assignari posse, nimirum, delictum, & contumaciam, quae duo in hac materia, & similibus ita distinguuntur, non quod vnum necessario excludat alterum, (Nam & contumacia ipsa delictum est, & aliquod delictum est contumacia) sed quia delictum in hac materia dici solet peccatum praeteritum, in quo non amplius persistitur, Contumacia vero dicitur peccatum quodcumque post debitam monitionem perseverans, vnde contumacia est delictum respiciens futurum.

16 Potest autem duplex esse peccatum contumaciae; Vnum, quod ad nullum aliud peccati genus reduci potest, sed est vera contumacia, id est, meta inobedientia contradicens praeepto superioris, quod est quando materia quae a superiori praecipitur, neque est bona in se, neque mala, sed indifferens. Aliud vero genus, & peccatum contumaciae est, quod coniunctum est cum aliquo alio peccato, scilicet quando materia, quae praecipitur, aut prohibetur a superiori, per se, & ex sua natura est bona, vel mala, & fugienda, vel sequenda. Siue ergo contumacia sit sola, siue coniuncta cum alio peccato propter illam ferri potest interdictum, dummodo tamen, vt superius de delicto diximus, contumacia ipsa sit grauis non solum ex parte ipsius contumaciae, quia scilicet omnino contradicitur Praelato, eiusque imperium contemnitur, sed etiam grauis sit, ex parte obiecti, quia scilicet in re graui contemnitur obedientia Praelati & superioris; Vnde communis est DD. sententia pro graui tantum contumacia, & delicto interdictum ferri debet, siue id personale fuerit, siue locale, prout in te communi factum legimus, de personali habetur in cap. Felicis, §. fin. de penis, libr. sexto, vbi interdicto subicitur Vniuersitas, quae persecutores Cardinalium quouis modo



adiiuit. & in cap. *Quantum*, de censib. lib. 6. eadem pena afficitur, quando a personis Ecclesiasticis portoria, aut vectigalia exigunt. & in cap. 1. de usur. lib. 6. ubi permittit usurarios manifestos, & in Clement. Si quis suadente, de penis, ubi grauius in suum Episcopum deliquit. Idem de interdicto locali habetur in cap. ubi periculum, §. praterea, de elect. lib. 6. ubi interdicitur locus ob non seruata debitam formam in electione Summi Pontificis, Et in c. Non est vobis de sponsal. quia Rex filij uxores non restituit. Et in cap. Sane, 2. de offic. deleg. Quia delegato Papae non obtemperatur. Et in Extrauaganti, Super gentes, de Consuetud. quia Legatus Apostolicae Sedis non recipiebatur, & idem de alijs multis ostendimus in seq. cap. Sicut ergo Lex, non nisi ob graue delictum, aut contumaciam interdictum fert, ita nec homo, qui est Lex animata, interdictum aliquod nisi pro graui contumacia, & delicto ferre debet.

17 *Hinc etiam constat quam rationabiliter a Bonifacio VIII. constitutum sit in Extrauag. Proinde attendentes*, de sent. excommun. in communibus, quae etiam est Constitutio prima eiusdem in Bullario, ne pro contumacia Domini, aut Episcopi, loci alicuius in detinendo res alienum, & debito pecuniario non soluendo quacunq. auctoritate ordinaria, vel delegata interdicti possit aliqua prouincia, Ciuitas, Castrum, Locus, Territorium sine speciali licentia Sedis Apostolicae, literis patentibus expressa, qui non nisi raro, & cum difficultate id alijs committit, & aliter latum interdictum irritum & inane sit, quocunq. pacto, vel conditione non obstante. Quam Bonifacii VIII. Constitutionem confirmauit postea Clemens Papa VII. anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo trigesimo Nono Calend. Iunij, Pontificatus sui anno septimo, vt constat ex Constitutione 35. eiusdem in Bullario, incip. *Licet ea qua*, de qua te legendi sunt Panorm. in ca. cum in partibus, de verb. signific. Gemin. in cap. presentis, nume. 2. de sent. excommun. lib. 6. & ibidem Ioan. Andr. Domin. & Philip. Franc. Calderin. tract. de Eccles. interd. memb. 1. numer. 2. 1. Palud. 4. dist. 18. quaest. 8. artic. 4. princip. §. Quantum ad quartum, S. Anton. 3. par. tit. 27. capit. 3. §. Eius pro pecuniario debito. Angel. verbo, deuotionem, num. 3. Tabiena verbo, Interdictum, 3. nu. 1. in fine. Sylu. verbo, Interdictum, 3. quaest. 5. versic. Secundum, Felin. in cap. Sane, 2. de offic. deleg. Sorus. 4. dist. 22. quaest. 3. art. 1. Conclus. 3. Navar. in Man. cap. 27. num. 163. Cou. in cap. Alma mater, par. 2. §. 1. num. 5. de sent. excommun. lib. 6. Henriquez lib. 1. 3. de excommun. & interd. ca. 50. §. 3. ubi ait Collectorem subsidij, & Commissarium Cruciae in Hispania habere talem commissionem & licentiam a Papa. Alphons. Viuald. tit. de Interdicto, nu. 194. Thomas Zerula in sua Praxi Episcopali in verbo, Interdictum, dub. 6. par. 1. & verbo, eodem, par. 2. in fine, Toletus lib. 1. cap. 19. Vgol. Tab. 5. c. 1. §. 1. num. 2. Ex quibus patet, neque Legatum a latere, pro huiusmodi causa ferre posse Interdictum tale, nisi de speciali Papae licentia in literis patentibus. Constat etiam, quod si pro non soluto debito pecuniario, quae res communiter est magni momenti, prohibetur ferri huiusmodi interdictum, multo maius pro rebus leuioribus ferendum est. Et sicut pro non soluto debito pecuniario Domini, Rectoris ciuitatis, aut Episcopi ferri non potest, ita nec pro debito Officialium, incolarum, & habitatorum loci ferri queat.

39 *Circa hanc autem Extrauag. Proinde attendentes*, Bonifacii VIII. aduertendum est, omnes DD. citatos excepto Couarruuia, docere illam tantum procedere de Interdicto generali loci, de quo solo ibi mentio habetur, vt scilicet pro huiusmodi debito pecuniario ferri non possit interdictum generale loci, pro quo tamen debito, speciale interdictum loci, verbi gratia, in Ecclesiam aliquam vnus est plurius vnus Oppidi, aut Ciuitatis ferri posse purant, non obstante d. Extrauaganti. *Proinde attendentes*, Vnde solus Couarruuia est, qui Extrauagantem illam de interdicto speciali loci intelligit, existimans nec aliquam specialem Ecclesiam pro debito pecuniario interdici posse, quod ex eo probat, quia sunt, inquit, vbique Iudices seculares & Regij, qui facile possunt quemlibet

cogere ad soluendum debitum pecuniarium absque inuocentur periculo, & damno quod prouenit ex his interdictis. De qua re duo mihi dicenda videntur, *Primo est*, Si loquamur an debeatur, seu conueniens sit vt interdictum speciale ponatur pro debito pecuniario, sic verum est quod Couarruuia affirmat, eo quod alia via debitum hoc facile exigi poterit. *Alterum est*, Si loquamur de nullitate talis Interdicti, si de facto feratur, sic falsum esse puto, quod idem auctor affirmat; Quia nullum omnino verbum est in d. Extrauag. quod accommodari possit ad Interdictum speciale.

20 *Quod vero Toletus & Naua. cit. specificant*, neque Interdictum parochiae ferri posse pro debito pecuniario, mihi verum esse videtur, & iuri conforme, quia omne interdictum generale non solum in d. Extrauag. *Proinde attendentes*, prohibetur, sed etiam irritatur; interdictum autem parochiae generale est, vt superius exposuimus.

21 *Addit denique Calderin. cit. memb. 1. num. 22. praedictam Extrauag. habere locum etiam in interdicto generali personali, cum interdicitur Populus, Communitas, Cives, Incole, sub istis, vel similibus appellationibus*, idque ait non quidem haberi ex verbis ipsius Extrauag. sed ex eius mente, & legislatoris intentione, & pro testaque opinione multos Canones citat, legesque civiles, 1. quaest. 1. capitul. Marcon, & capitul. intelligentia, de verb. signific. & licet, ff. de leg. & lidem conueniunt, §. aptanda, ff. de petit. here. sed de hac re idem dicendum censio, quod de sententia Couarruuia dictum est; id quidem bene dicitur si de conuenientia loquamur, sin autem de verbis Extrauagantem agatur, falsum esse puto. Quod autem dicitur ex mente canonis colligi, quia ratione verum sit, valde dubitatum loquitur; penae vero restringendae potius sunt quam ampliandae.

22 *Illud vltimum aduertendum est, quod mouet Sorus 4. d. 22. quaest. 3. art. 1. Conclus. 3. & Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. capitul. 50. §. 2. Interdictum loci non debere longo tempore decerni, quia cedit in damnum populi, & quorundam inopentium, & in diuini cultus detrimentum, minusque plurimum deuotionem hominum si prolixum sit; Immo etiam & Clerus ipse minus, pigriorque fit ad Diuina celebranda, prout Summus Pontifex in cap. Alma mater, de sent. excommun. lib. 6. asseruit.*

Quoad Formam autem & modum ferendi Interdictum, haec breuiter ex DD. colliguntur.

23 *Primo enim* Quamuis nulla certa, & determinata verborum forma in iure expressa sit, quae ad sententiam Interdicti ferendam necessarii requiruntur, ea tamen verba omnino adhibenda sunt, quibus & interdictum ferri significatur, & in quos, siue in hominem, siue in locum, & an in personam particularem, aut hominum vniuersitatem; an in locum particularem, vt in hanc, vel illam Ecclesiam; aut in locum vniuersalem, vt in Parochiam, Villam, Castrum, Ciuitatem, Regnum, & huiusmodi, ferri manifestum sit, arg. capit. si sententia, & capit. Ciuitas, de sent. excommun. lib. 6. vnde quibuscuq. verbis exprimitur actus interdicendi, persona, aut locus, qui interdicuntur, & causa, propter quam interdicitur, satis est, vt sententia legitima sit. Solent autem DD. hanc formam, vel huiusmodi communiter assignare; *Nos talem personam, vel gratia, Petrum; vel talem vniuersitatem seu Populum, verbi gratia, Populum Bononiensem; vel talem Ecclesiam; vel Ciuitatem, Castrum, aut Regnum; propter talem causam supponimus Ecclesiastico Interdicto*, arg. ca. cum patribus, de verbo, signific. & additur communiter, *Ecclesiastico, et Summa Confess. lib. 3. tit. 3. q. 23. 2. & S. Ant. & Tabiena, ad differentiam Interdicti legalis. Hanc ponunt Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 4. princip. §. Quantum ad octauum, S. Anton. 3. par. tit. de Interdicto, c. 5. in princ. Angelica, verbo, Interdictum, 3. nu. 5. Tabiena; verbo Interdictum, 3. nu. 1. Sylu. verbo, Interdictum, 3. q. 7. Armilla verbo, Interdictum, 2. 24. Sor. 4. d. 22. qu. 3. art. 1. Conclus. 3. versic. Debet praeterea. Henric. li. 13. de exc. & interd. c. 50. §. 4. Vgo. Tab. 5. ca. 22. Alph. Viuald. tit. de Interdicto, n. 196. Toletus lib. 1. ca. 19.*

Secundo, Quamuis nulla monitio præcedens necessaria sit quando a iure, vel ab homine fertur propter excessum, seu delictum commissum, iuxta ea quæ docuimus de suspensione libro præced. c. 2. & latius tradunt Innoc. & alij, quos S. Anton. Tabiena, & Syluester, quæst. 6. vbi supra referunt, ac sequuntur, & hoc sine speciale, siue generale sit, loci, aut personæ, quia ipsa intrinsece cognitio pro monitione habetur; Quoties tamen ab homine fertur ob contumaciam, præuiam monitionem requirit, sine qua contumax quis esse nequit, arg. c. reprehensibilis, de appellat. & c. cum medicinalis, de sent. excom. lib. 6. Palud. in d. art. 4. principiis. §. Quantum ad septimum. S. Anton. Tabiena, & Henriquez locis proxime citatis Angelica, verbo, Interdictum, 3. num. 4. Summa Aftenfis. par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 8. Sotus vbi supra, Alphons. Viuald. tit. de interdicto, nu. 192. & Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quæst. 23. 1. num. addo ex Vgolino, Tab. 3. c. 20. §. 1. num. 4. vbi Vniuersitas ob alterius culpam interdicatur, non ipsam Vniuersitatem prius adnotandam esse, sed eam cuius culpa interdictum ferendum est. Is enim, qui contumax est, ad moneri debet, vt a contumacia discedat, Vniuersitas autem ipsa contumax non est, & idem de interdicto loci ob alicuius culpam ferendo, dicendum est.

3. Tercio, censura hæc fit & reliquæ ferri debet in scriptis, vt habetur in capitul. cum medicinalis, de sentent. excom. lib. 6. & omnes auctores citati testantur. Syluest. d. quæst. 7. Alphons. Viuald. tit. de Interdicto, num. 143. & num. 190.

4. Quarto, In iisdem scriptis exprimi debet causa, propter quam sententia Interdicti fertur, ex d. cap. cum medicinalis, & DD. citatis.

5. Quinto, Exemplar huius scripturæ infra mensem a Iudice, si requisitus fuerit, parti petenti tradi debet, d. c. cum medicinalis. Quod si Iudex Ecclesiasticus in sententia Interdicti ferenda contra aliquod horum triu fecerit, ab ingressu Ecclesiæ, & a Diuinis officijs per mensem suspensus est, Quod si infra mensem quo suspensus est, officia diuina prosequatur sicut prius, irregularitatem incurrit, super qua non nisi per summum Pontificem dispensari poterit, vt in d. c. cum medicinalis, habetur.

6. Sexto, Potest Iudex pro libera voluntate limitare effectum Interdicti, puta ab ingressu tantum Ecclesiæ, vel a sepultura, vel ab horis, vel a Missa cum cætu. Potest etiam Iudex pro voluntate sua ab Interdicto excipere, & subijcere aliquos, quos nominauerit, & etiam pro tempore quo vult, vt quandiu Dominus terræ ibi fuerit, & huiusmodi, arg. cap. Non est vobis, de sponsal. S. Anto. 3. par. tit. 27. de Interdicto, c. 5. in princip. Syluest. verbo, Interdictum, 3. q. 7. Summa Confess. lib. 3. tit. 3. quæstione 23. 2. Tabiena, verbo, Interdictum, 3. num. 1. Henriquez lib. 1. 3. de exc. & Interd. ca. 51. §. 4. Interdictum verò iuris semper declarat effectus, quos habet.

7. Septimo, Interdictum, vt obliget intimandum est parti, & publicandum, quod si Interdictum sit contra singularem personam, cõter intimada est sententia ipsi personæ, quod si persona non compareat, satis est, vel in Iudicio publicari, vel in Ecclesiâ, vel ad fores domus ipsius interdicti pro consuetudine Iudiciorum; postquam publicationem, cõter non datur in foro exteriori allegatio ignorantie, nisi sufficienter probetur. Sio verò interdictum feratur in Ciuitatem, vel in Populum, vel in Vniuersitatem, publicatio sententiae non est faciendâ singulis, sed satis est fieri in locis consuetis Iudiciorum, ex S. Anton. 3. p. cit. c. 5. in principiis, & Tabiena, verbo, interdictum, 3. §. Primo, nu. 2. & Alphons. Viuald. tit. de interdicto, nu. 287. & nu. 288. & Toledo lib. 1. c. 19. qui ait satis esse intimare Ecclesiæ Matri, arg. cap. 1. de postulat. præla. quam alie sequuntur. Postquam promulgationem licet alicui adhuc ignorent sententiam, & coniequerter inuincibiliter ignorando excusentur a peccato in foro interiori, & ab irregularitate, & alijs penis, quam primum tamen postea habuerint notitiam, cessare debent ab omnibus Diuinis; Immo, etiam si solum publicauerint eum, & famam de sententia, saltem propter securitatem cessare debent, quousque certiores redduntur.

Item, si vident, aut sciunt vicinos suos, aut Ecclesiam Cathedralẽ, vel Matricem recepisse, & obseruare sententiam, (quamuis fortassis alie parochie illam non feruerit), alie omnes Ecclesiæ, etiam Religiosorum, tam exemptorum quàm non exemptorum, eam seruare debent, siue interdictum illud a Sede Apostolica, siue ab Ordinario loci latum sit, quibuscuque non obstantibus, & non seruando, excommunicationem incurrunt ipso facto. Clemen. 1. de sent. excom. Conc. Trident. sess. 25. de Regul. ca. 12. Tabiena, verbo, Excommunicatione, 5. casu 52. & verbo, Interdictum, 3. nu. 2. §. 1. Nau. in Man. c. 27. nu. 146. Henriquez lib. 1. 3. de excom. & interd. c. 50. §. 3. in fine.

8. Et si quis arguat, Episcopum contra exemptos nullam sententiam ferre posse; Resp. Ta. vbi sup. post Host. & Io. And. quos citat, id verum esse de sententia speciali, tunc enim eos talis sententia non ligaret; secus autem, quando sententia interdicti generalis est, tunc enim etiam ad exemptos extenditur, non tam ex sententia hominis, quam ex iuris ipsius communis dispositione, cui Regulares subijciuntur.

9. Hæc autem promulgatio sententiæ ita necessaria est, vt etiam si ego certissime sciam Iudicem sententiam scripsisse, immo etiam si dictante Iudice egomet scripserim, quousque Iudex illa promulget, ad nihil teneor, vt ex his, quæ communiter ab auctoribus in materia de legibus traduntur, manifestum est.

De Interdictis in iure latis. Cap. XII.

S V M M A R I V M.

- 1 Interdictum generale triplici ex causa in iure latum reperitur, & quanam cause illa sint.
- 2 Impediens ne Legatus, vel Nuncius Sedis Apostolicæ officium suum in Regno, Ciuitate, aut loco sibi subiecto exequi possit, & peccat, & Regnum, aut Ciuitas, et alia loca eius interdicto supposita sunt.
- 3 Episcopum iniuriosè, vel temerè percutiens, capiens, banniens, occidens, aut hæc fieri mandans, territoria eius interdicta sunt.
- 4 Dominus quilibet, Rectores, & Officiales loci, in quo moritur Papa obseruari non faciens, quæ ex iure obligantur, & peccat, & locus, & Ciuitas interdicatur.
- 5 Episcopi, & alij tam superiores, quam inferiores Ecclesiastici, qui per mensem in excommunicatione, vel suspensione contra eos lata, quod usurarios alienigenos nõ expellant, permanent, post mensem terræ ipsorum interdicta sunt.
- 6 Ciuitas, aut Vniuersitas, quæ pedagia, & alia similia a personis Ecclesiasticis pro rebus suis exigit, interdicta est, quousque restituat, & satisfaciat.
- 7 Ciuitas, quæ Episcopum iniuriosè capit, percutit, aut occidit, aut hæc fieri mandat, interdicta est.
- 8 Ciuitas quæquis præter Urbem, quæ causa est aliquo modo, vt Cardinalis aliquis occidatur, vel percutiatur, ipso facto interdicta est.
- 9 Clerici tam seculares, quam Regul. qui aliquem compellunt, aut fide interposita ad eligendam sepulturam in eorum Ecclesia inducunt, quando interdictæ censeantur Ecclesiæ eorum, & quousque.
- 10 Hæreticus qui scienter in sepultura sacra reconditur, & exhumandus est, & locus ille in perpetuum quoad sepulturam interdicatur.
- 11 Interdictus an sit populus loci, quando locus generaliter propter delictum Vniuersitatis, aut populi interdicatur.
- 12 Vniuersitas concedens represalias, seu pignorationes contra personas Ecclesiasticas, aut bona earum, quando interdicta censeatur.